

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ieiunium o
cum fontibus proximo et primo

Noli adhuc a etc.... Ambrosius.

Nunc speciale consilium dat ei vt seipsum salubri regat doctrina.

prudenter enim sibi deus vult serui.

non vt nimietate debiles fiant

et post medicorum suffragia requirant.

Temperandum est. vt si fieri potest.

→ coeptum obsequium gradatim potius prouehatur

← quam per inconsiderantiam minuatur.

Prudenter enim Deus sibi uult serui,
non ut nimietate debiles fiant,
et post medicorum suffragia requirant.
Temperandum enim est ut, si fieri potest,
ceptum obsequium gradatim prouehatur,
pocius quam inconsiderantia minuatur.

Glossa Ieronimi super illud I. Thimothei V.:
Noli aquam bibere sed modico uino utere.

Glossa ordinaria, liber epistolae I. ad Timotheum, 5
(Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

prudenter enim deus sibi serui vult,
non ut nimietate sua debiles fiant
et postea medicorum suffragia requirant.
temperandum est enim, ut, si fieri potest,
coeptum obsequium gradatim prouehatur,
quam per inconsiderantiam minuatur.

Ambrosiaster, *Commentarius in epistula ad Timotheum prima*, 5.23 (CSEL 81.3, H.I. Volgels ed., p.286, ll.10-14).